



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Viui sepulti, & in infernum dejecti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Itaq<sub>3</sub> humana verecundia, perrexit ad Ecclesiam: sed tremebundus ac paucis stare caput, atq<sub>3</sub> per singula momenta suspectus, quā horā immādo spiritui traderetur, & coram omni populo vexaretur. Cumq<sub>3</sub> vehementer timeret, ei in illa Missarum celebritate quasi aduersi nihil contigit. Qui latus exīt, & die altero Ecclesiam jam securius intrauit. Factumq<sub>3</sub> est, ut per sex continuos dies latus ac securius procederet, estimans quod eius scelus Dominus aut non vidisset aut disum misericorditer auertisset. Die autem septimo subita morte defunctus est. Cumq<sub>3</sub> sepultura traditus fuisset, per longum tempus cunctis videntibus de sepulchro illici flamma exīt, & tandem ossa eius concremanit, quoq<sub>3</sub> omne sepulchrum consumeret, & terra, qua in tumulum collecta fuerat, defossa videyetur. Quod videlicet Omnipotens Deus faciens, ostendit, quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoq<sub>3</sub> haec audientibus exemplum formidinis dare dignatus est: quatenus ex hac consideratione colligamus, quid anima vivens ac sentiens pro reatu suo patitur, si tanto ignis suppicio etiam insensibilia ossa concremantur.

## V.

**Lue. 16. 22.** confirmaretur: Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno: audi pium scriptorem: Tempore quodam Sueris quibusdam Cæsarius lib. 32. cap 7, & 8. peregrinationis gratia profectis Ierosolymam, cum in reditu namque juxta montem Vulcanum, cuius perpetua sunt incendia, voces huusmodi de illo reuocuerunt; Bene veniat, bene veniat amicus noster Schultetus de Kolmere: frigus est, ignem ei copiosum preparate. Illi personam cognoscentes, diem & horam notauerunt, & cum ad propria redijssent: eundem Schultetum, die & hora eadem, defunctū repererunt. Subiungit idem author & istud. Alio tempore quidam Flamingi, cum mare transirent de eodem monte Vulcano vocem huusmodi audierunt. Bonis amicis noster Sivvardus hic venit, suscipite illum; qui cum multo stridore missus est in Vulcanum: nam & ipse Schultetus fuerat in Leggenick. Illi notantes tempus, & nomen persona, reuersi villam jam dictam intrauerunt, & cum de Schulteto requirerent, cum eadē die & horā, quā vocem audierant in mari, obyssē repererunt: nam & ipse homo pessimus erat, sicut & superior.

## VI.

Qualiscumque sit corporis tumulus, certè anima miserima in inferno sepelitur. Aliquando autem diuina justitia, ad

terro-

terrorem impiorum, sinit nonnullos etiam viuos, hoc est, corpus & animam simul terrâ obrui. Cuius horribile exemplum fuerunt Core, Dathan, Abiron, & Hon, Aliq[ue] filiorum Israël, Num. 16. 2; ducenti quinquaginta viri proceros synagoga, & qui tempore conciliis per nomina vocabantur. Dirupta est terra sub pedibus eorum; & appetiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum, descendenterunt q[ui] vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis, &c. Cur hoc non faceret Deus vita author hostibus suis, cùm id fecerit femina marito suo, immò Imperatrix Imperatori? Nam Zeno Imperator Orientis, ut scribit Zonaras, gulæ & ebrietati deditus, errore mentis sic affici solebat, ut prolapsus à mortuo nihil differret. Cùm verò ipse etiam coniugi Ariadnae inuisus esset, sic inebriatus pro mortuo in monumentum Imperatorium ab illa conjectus est, lapide maximo, qui pro operculo esset, imposito, factusque sobrius inter lamentationes & eiulatus misera, & horrenda morte extinctus est, cùm Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut illum curaret. Censuit hoc vxor, immò fecit hoc ipse Imperator, ut se ipsum vino toties sepeliret, cur talem pessimis quibusque sepulturam non decerneret Deus? Apud Poëtas, Amphiaraus vates, dum apud Thebas præliaretur, canitur repentino terræ hiatu, cum curru, cui insidebat, absorptus esse. Hinc Ouidius:

*Notus humi mersis Amphiaraus equis.* Ouid. lib. 3.  
Et Propertius. *Delapsis nusquam est Amphiaraus equis.* de Ponto.

Quod si hæc fabula est, certè historia est, quod de Core, Dathan Abiron, & Hon, paulò priùs memorauimus, & quod Præg[us] in monte Albano refertur contigisse impia illi Trahomiræ, cuius grauitatem sceleris mons ipse non potuit sustinere, qui eam repentino hiatu, velut rictu aperto, deuorauit. Quid, quod nonnulli se ipsos sponte ita sepeliuerent? Romæ, cùm ingens vorago paulatim excresceret, & terram absumeret, responsum est ab oraculo, hiatum non posse desinere, nisi quis intrè se demitteret. Quo responso intellecto Q. Curtius equo insidens illuc desiliit, viuens in infernum. Cuius id culpa accidit? nonne illius temeritate potius, quam fortitudine? Quod eriam fecit